



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

VI. Non debere extra ecclesiam congregari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

ANNO CHRISTI

CANONES.

I.

Si quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro suo fidelem ac m religiofam detestatur, aut culpabilem æstimat, velut quæ in regnum Dei introire non possit, anathema fit.

Distin. 31. Si quis vituperat. Distin. 30. Si quis nuptias in ac.

II.

Si quis carnem edentem, præter sanguinem, & idolis immolatum, & suffocatum, cum religione & fide condemnat, velut spem propter huiusmodi perceptionem non habentem, anathema fit.

Dist. 30. Si quis carnem man.

III.

Si quis seruum, prætextu diuini cultus doceat dominum contemnere proprium, vt discedat ab eius obsequio, nec ei cum beneuolentia & omni honore deferuiat, anathema fit.

IV.

Quicumque discernit a presbytero qui vxorem habuit, quod non oporteat eo ministrante de oblatione percipere, anathema fit.

V.

Si quis docet domum Dei contemptibilem esse, & Conuentus qui in ea celebrantur, anathema fit.

Dist. 30. Si quis docet do.

VI.

Si quis extra ecclesiam seorsum Conuentus celebrat, & despiciens ecclesiam, ea quæ sunt ecclesiæ voluerit vsurpare, non conueniente presbytero, iuxta decretum episcopi, anathema fit.

Dist. 30. Si quis extra eccles.

VII.

Si quis oblationes ecclesiæ extra ecclesiam ac-